



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

CAatalogus sancto//rum [et] gestor[um] eor[um]

Petrus <de Natalibus>

Lugduni, 1508

De sancto Julio senatore [et] martyre. Cap[itulu]m. lxxix.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70797](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70797)

mortui redierunt ad vitam: et multi infirmi a di-
versis languoribus sanati sunt.

De sancto Donato presbytero. Cap. lxxviii.



Donatus

presbyter apud pagum sigistriciu galliaru claruit. Qui ex urbe antirellanensi. ad eandem civitatem in monte qui dicitur iura adveniens: anachoriticam vitam multis annis exegit: multisq; miraculis floruit. Qui inter cetera draconem terribilem sua oratione inde fugatum extirpasse fertur. Cuius dies vocacionis eius instaret: adveniente abbate mario diuisit ad nostrum: ut ad eum accederet. Inter verba orationis migravit ad christum: ab eodem patre ibidem sepultus. xiiij. kalen. septembris.

De sancto Julio senatore et martyre. Cap. lxxix.



Julius senator et mar-

ty: rome possus est tempore comodi imperatoris. Qui audita predicatione sanctorum eusebii: vincetii: peregrini: et parentiani: de quibus dicebat infra. viij. kalen. septembris conversus est ad christum: et a rufino presbytero cum omni domo sua baptizatus. Cuius omnia sua pauperibus erogasset: dum christum confiteretur a cesare detentus et examinatus: atq; magistro pedrii vitellio traditus est: qui ab eodem in custodia diebus pluribus reclusus: inde eductus: cum sacrificare nolleret: radii fustibus est cesus: donec spiritum emitteret. Cuius corpus ante amphitheatrum dimissum: eusebius et ceteri predicti martyres sepeliverunt in cimiterio calepodii. qui passus est xiiij. kalen. septembris.

De sancto Heli sacerdote. Cap. lxxx.



Heli sacer-

dos et iudex israel vnus et vltimus fuit inter indices populi dei. Qui Ecclesiastici. xvi. cap. in sanctorum patrum veteris testamenti catalogo numerantur. Qui quis ex eo qui remissus fuerit in filios suos malos et pe-

uaricatores legis domini corrigendos temporalis pena mortis subire a deo primitus fuerit: quia tamen in se bonus et sanctus extitit: credendum est quod sue sanctitatis premia eternaliter non amisit. Hic cum esset de genere aaron sacerdos et iudex in israel coram arca domini in tabernaculo ministrabat in silo. Ipse quoque predictus an-

ne yfoz helchane: que sterilis fuerat filium ex ea nasciturum: ut tradit hebrei: quem illa nouit domino se daturam. Cum autem heli duos haberet filios ophni et phinees: qui dominum nescientes partem sacerdotalem de sacrificiis antequam adolerent: ad spem tolebant ab offerentibus: cum dum contra legem dei ut lautius sibi pararent: eo quod non erat portio: sed rapina: dormientes etiam cum mulieribus obseruantibus ad ostium tabernaculi: et eas que venerant ad purificandum polluebant. Pater eorum hoc agnoscebat: tepide eos redarguebat: propter quod per iram dei reprobarus est a domino: ne sacerdotio domus eius fungeretur: et temporalis pena puniendus promittitur: ut ipse mala morte cum filiis suis periret. Et cum heli ad tales dei comminationem quasi redderetur incredulus confidens de magna misericordia domini. Et samuel adhuc puer oblatus domino a parentibus coram heli in tabernaculo ministraret: et heli iam senex esset: apparuit deus samueli: cuius tertio vocauit: ac idem predictus: quicquid heli sacerdoti comminatus fuerat: ad litteras adimpleret: ut dicitur infra cum de samuele ageretur. Quod ipse samuel heli interrogari per omnia rettulit. Et cum phylistei in prelium contra israel congregati venissent: et quattuor milia ex eis occidissent: et seniores israel hoc egre ferentes ad inuicem consilium habuissent: arcam domini de silo in prelium secum tulerunt: et cum duobus filiis heli arcam comitantibus contra phylisteos ierunt. Uidentes autem phylistei arcam domini timuerunt: sed acriter ex hoc pugnantem israelitas fugere compulerunt: et ex eis triginta milia occiderunt: arca quoque dei capta est: et duo filii heli mortui sunt. Heli autem sacerdos pre senectute cecutiens sedebat contra viam que ducit ad castra. Et cum audisset nuncium qui de prelio fugerat: quod populus cesus esset: et duo filii eius interfecti: filium: et patienter tulit. Cum autem audisset arcam captam: propter dei reuerentiam moleste tulit: et cadens de sella retrosum fractis cervicibus exspirauit. Iudicauit autem israel quadraginta annis: et sepultus est in sepulchro patrum suorum: cuiusque dies obitus certus non habetur: de samuele eius discipulo dicitur ipsum premissi: quorum ad inuicem gesta continuantur. Hec ex primo libro regum a principio usque ad capitulum quartum: et ex dictis iosephi et hieronymi atque ex hystoria scholastica sumpta.

De sanctis Helchana et Anna eius vxore. Cap. lxxxi.



Helchana vir iustus

et anna eius vxor samuelis prophete pariter inter sanctos prescitos scriptis a iosepho et hieronymo computantur: quorum laus tam ex primo